

*Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate (fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia et veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subjecti invicem in timore Christi. Omne enim quod irre-*

prehensibile est, catholica defendit Ecclesia (Con. n. Nicanus citatus in conc. vi. Rom. sub Symmacho). Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere: nec quidquam quod evangelicis prophetisque et apostolicis regulis obviat, agere.

## IV.

Injustum enim iudicium et definitio injusta, regis metu vel jussu a iudicibus ordinata, non valeat: nec quidquam, quod contra evangelicæ, vel propheticæ, aut apostolicæ doctrinæ constitutionem, successoremve eorum, sive sanctorum Patrum, actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur (Hactenus conc. vi. sub Symm.). Vos autem state in fide, viriliter agite et omnia vestra cum charitate fiant. Hujus rei gratia, ut ait Apostolus (I Cor. xvi; Ephes. v), *flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum ejus, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, et profundum (sublimitas), scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnibus generationibus sæculi sæculorum. Amen.* Data quinto Idus Septembris, Diocletiano septimo, et Maximiano sexto viris clarissimis (anno 299) consulibus.

## APPENDIX SECUNDA,

## AD SANCTUM MARCELLUM PAPAM.

## EPISTOLA PRIMA (1),

MARCELLI PAPÆ AD EPISCOPOS ANTHIOCHENÆ PROVINCIÆ.

De Romanæ Ecclesiæ primatu et auctoritate, etc.

*Dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiochenam provinciam constitutis Marcellus.*

Sollicitudinem omnium ecclesiarum juxta apostolum circumferentes (II Cor. xi), divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit (Acacius ep. CP. ad. Simplicium papam), ut mandatis ipsius inhærentes, in quadam sacerdo-

(1) Supposita utraque.

tum ejus specula constituti, prohibeamus solliciti, et sequenda doceamus (Hilarius papa ep. ad Ascanium). Unde directis per Bonifacium diaconum nostrum literis admonemus, ut quæ male pullulant, abscindantur, et malefacta (mala) corrigantur, atque bona sectentur, et patrum nostrorum exempla et statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, ut non alius doceatis neque sentiat, quam quod a beato Petro apostolo, et a reliquis apostolis et patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis: ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, et alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (Math. xvi): et reliqua.* Ejus enim sedes primitus apud vos fuit, quæ postea, jubente Domino,

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*Ejus enim sedes,.... jubente Domino, translata est.* Sicut Petrus, anno Christi 35, ad eos qui in Samaria verbum Dei receperant confirmandos mittitur, ita etiam, omnium apostolorum sententia, factum est

ut idem apostolorum princeps ad principem totius Syriæ civitatem atque metropolim, Antiochiam, anno Christi 59 ablegaretur. Hinc vero, designato, nondum autem instituto successore Evodio, Romam profectus,

translata est, cui, adminiculante gratia divina præsidemus die. Nec ab ejus dispo-  
 deviare oportet, ad quam cuncta majora  
 negotia (divina disponente gratia) jussa  
 sunt, ut ab ea regulariter disponantur, a qua  
 principia. Si vestra vero Antiochena, quæ  
 fuerat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ  
 subjecta sit ditioni, ad quam omnes quasi  
 Innoc. ep. 4), juxta apostolorum eorumque  
 sanctiones, episcopi, qui voluerint vel  
 esse fuerit, suffugere, eamque appellare  
 inde accipiant tuitionem et liberationem,  
 perunt informationem atque consecratio-  
 omnibus minime convenit denegare epi-  
 absque ulla custodia, aut excommunica-  
 damnatione, vel expoliatione, libere ire  
 C. Simulque idem (inspirante Domino)  
 ant, ut nulla synodus fieret præter ejus-  
 auctoritatem, nec ullus episcopus, nisi in  
 synodo suo tempore apostolica auctoritate  
 , super quibuslibet criminibus pulsatus  
 el judicetur: quia (ut paulo superius præli-  
 episcoporum judicia, et summarum causa-  
 tia, sive cuncta dubia (Socr. lib. II, c. 8), apo-  
 dis auctoritate sunt agenda et finien-  
 tia comprovincialia negotia, hujus sanctæ  
 et apostolicæ Ecclesiæ sunt retractanda ju-  
 vus Ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui  
 præjudicio Romanæ Ecclesiæ (cui in omni-  
 debet reverentia custodiri) relictis his sacer-  
 ti in eadem provincia Dei ecclesias nutu divi-  
 ant, ad alias convolare provincias, vel alia-  
 inciarum episcoporum judicium experiri vel  
 omnibus ejusdem provinciæ episcopis con-  
 judicium auctoritate hujus sedis termine-  
 tamen (ut præfatum est) per ejus vicarios,  
 erit tractandum: et quidquid injuste ac-  
 reformandum. Pastoralis (S. Greg. ep. 54,  
 ergo cura officii nos admonet, et destitutis  
 e, et cuncta neglecta vel male acta refor-  
 Leo, ep. 97), ut ignis ille, quem Dominus  
 misit in terram, motu crebro emendationis

vel crebræ meditationis, agitatus, sic calescat, ut fer-  
 veat: et sic inflammetur, ut luceat.

Sæpe enim dicendum et agendum est, quia mala  
 pullulantia fraterna charitate oportet resecari, ut bona  
 crescendi et augmentandi amplissimum locum inve-  
 niant. Nolite ergo (ut Jacobus apostolus ait, c. III) plures  
 fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam majus judi-  
 cium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis  
 in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam  
 freno circumducere totum corpus. Si autem in equorum  
 ora frenos mittimus ad consentiendum nobis, et omne  
 corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum ma-  
 gnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur  
 autem a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis vo-  
 luerit: ita et lingua modicum quidem membrum est, et  
 magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam sil-  
 vam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis  
 lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum  
 corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflam-  
 mata a gehenna. Omnes enim naturæ bestiarum et volu-  
 crum et serpentum, etiam cæterorum, domantur et domita  
 sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum  
 domare potest. Inquietum malum, plena veneno mor-  
 tifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa  
 maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti  
 sunt. Ex ipso ore benedictio procedit et maledictio.  
 Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de  
 eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam?  
 Numquid potest, frutres mei, ficus olivas facere, aut vi-  
 tis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.  
 C. Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex  
 bona conversatione opera sua (operationem suam) in  
 mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habe-  
 tis, et contentiones sunt in cordibus vestris, nolite glo-  
 riari, et mendaces esse adversus veritatem. Non enim est  
 ista sapientia desursum descendens, sed terrena, ani-  
 malis, et diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi in-  
 constantia et omne opus pravum. Quæ autem desursum  
 est sapientia, primum quidem pudica est, deinde paci-  
 fica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena mis-  
 ricordia et fructibus bonis, judicans sine dissimulatione.  
 Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus

## NOTÆ SEVERINI BINI.

venit anno secundo Claudii, ibique 18 Janua-  
 Christi 45 et 2 Claudii adhuc durante,  
 n Ecclesiam erigens, una cum persona  
 summi pontificii in eam transtulit.  
 uerunt ut nulla synodus. Hoc loco beatus  
 s scribit, apostolico canone statutum esse,  
 r sententiam Romani pontificis ulla generalia  
 celebrentur. Eundem renovavit concilium  
 primum, ut testatur synodus Alexandrina  
 la synodica ad Felicem, et Julius primus in  
 ad orientales, qua hunc canonem allegans,  
 prehendit, quod sine suo consensu Antiochiæ  
 n celebrassent. Unde in concilio Chalcedo-  
 nione prima, Dioscorus Alexandrinus jubetur  
 scopos non sedere, eo quod sine auctoritate  
 æ sedis synodum facere ausus fuisset. Quod,  
 nunquam licuit, nunquam factum est. Et merito  
 m enim aliter non est concilium, nisi quod  
 ne, et auctoritate Christi congregatum est.  
 ro a Petro et Petri successoribus est indictum

D generale concilium, id ab eo convocatum est, qui ha-  
 bet auctoritatem congregandi, a Christo sibi conces-  
 sam; secus quod a Romanis imperatoribus est indic-  
 tum. Nam Petro ejusque successoribus, non Tiberio  
 aut posteris imperatoribus dictum est, *Pasce oves  
 meas, Pasce agnos meos*: verissimum est igitur illud  
 Pelagii secundi in epist. I ad orientales: *Generalium  
 synodorum convocandi auctoritas apostolicæ sedi, beato  
 Petro singulari privilegio tradita est*. Item illud Valen-  
 tiniani imperatoris, qui, ut refert Sozom. lib. VI, cap. 7,  
 cum ab episcopis rogaretur, ut permitteret iis conci-  
 lium celebrare, respondit: *Mihi, qui sum in sorte ple-  
 bis, fas non est talia curiosius perscrutari: sacerdotes,  
 quibus ista curæ sunt, quocumque voluerint loco con-  
 veniant*. Quod objiciunt adversarii, a Constantino Nicæ-  
 num, a Constantio Sardicense, a Theodosio seniore  
 Constantinopolitanum, a Theodosio juniore Ephesi-  
 num, a Martiano imperatore Chalcedonense conci-  
 lium convocatum aut indictum esse, infra suo loco  
 diluemus. Vide Bell. lib. I de Concil., cap. 12 et 15.

pacem. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam in revelatione Jesu Christi, quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantæ vestræ desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, ut et ipsi sancti in omni conversatione sitis, quoniam scriptum sibi (Lev. xix; I Petr. i): Sancti eritis quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat, secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine Agni quasi incontaminati et immaculati Jesu Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus, propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam, ut fides nostra et spes esset in Deo: animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, venati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi et permanentis: quia omnis caro ut fenum, et omnis gloria ejus tamquam flos feni. Exaruit fenum, et flos ejus decidit, verbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vobis. Depnentes quidem omnem malitiam et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus: ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tamquam lapides vivi, superædificamini domos spirituales (forte domus spiritualis), sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem et electum, pretiosum: et qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobarunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, et lapis offensionis, et petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Estote ergo, charissimi, prudentes, et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione, unusquisque sic-

ut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen. Data kalendis aprilis (1) Maxentio et Maximo viris clarissimis consulibus.

## EPISTOLA II.

MARCELLI PAPÆ I AD MAXENTIUM TYRANNUM.

Commonet tyrannum, ut desinat sævire in Christianos.

Marcellus, episcopus sanctæ apostolicæ et catholice urbis Romæ, Maxentio.

Magistra honorum omnium charitas (S. Greg., ep. 114, lib. vii), quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo derogat, oblita sui, non quæ sua sunt, sed quæ Dei vel proximi, quærens (Phil. ii), nemini invidens, omnibus consulens, non sæviens sed compatieus, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia æquanimiter tolerans, si in te perfecta habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, Dei Ecclesiam ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, et bonis potioribus frui satageres. Charitas enim (S. Greg., ibidem) exercet corda, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum ejus sit proprium nutrire pacifica, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere, et virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidari. De ipsa ergo, omnes monens Apostolus ita loquitur (I Cor. xiii), dicens: Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam, et habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuam in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congauget autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam

(1) Anno 309, diebus 74 a morte S. Marcelli, quæ contigit die 16 Januarii.

## NOTÆ SEVERINI BINI.

Epistola. Hanc epistolam anno 308, scriptam, additamentum aliquod extrinsecus accepisse, res scriptæ hic parum sibi coherentes indicant. Hac epistola Maxentium, perinde quasi homo prope christianus sit, a pontifice compelli, ne mireris: nam principio occupati imperii se Christianam religionem suscepturum simulavit, christianorumque animos beneficiis sibi devincere summo conatu laboravit, eo fine, ut occupatum imperium adversus Constantinum imperatorem, Christianis addictissimum, omni ex parte stabiliret. « Maxentius, » inquit Euseb. lib. viii,

cap. 26, « qui Romæ tyrannidem occupare instituit, in ipso imperii sui ingressu fidem nostram se complecti, quo populo romano placeret, eumque blanditiis deliniret, et assentatione callide simulavit, et ea de re illis, qui ejus parebant imperio, in mandatis dedit, ut persecutionem contra Christianos remitterent: tantamque pietatis speciem præ se tulit, ut humanus et valde mansuetus præ illis qui imperium ante tenuissent cuique videretur. » Vide Baron. anno 308, num. 24.

Quisquis ergo in ejus radice (*Idem Greg. ea-* A se inserit, nec a viriditate deficit; nec a s inanescit, quia amore fecunditatis opus effi- amittit. Licet modo charitas in persecutoribus servorumque Dei arefacta sit, viget tamen in bus ejus, et in eis qui patiuntur propter justi- quibus ipsa per se veritas testatur, dicens : *ui persecutionem patiuntur propter justitiam v*). Et alibi : *Si me persecuti sunt, et vos per-* r (*Joan. xv*). Potius enim nos et omnes Do- cerdotes, qui ejus videlicet sunt veri sacer- eligimus propter justitiam et veram fidem i, et pro Christi nomine pati, quam multis ditari, honoribusque copiosissimis abundare, ti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa : ista caduca, et ad horam transeuntia, illa B rpetua, et sine fine mansura. Tu ergo qui nos cultum dimittere divinum, et a recta fide rece- isque immolare, melius tibi foret ut tu prius em te præberes, omnesque exhortareris fidei nta et divini cultus ministeria ita tenere, sicut nostri sancti apostoli sibi tradita prædicaverunt erunt. Boni enim principis ac (*religiosi*) regis esias contritas atque (*concussas vel conscissas*) restaurare, novas ædificare, et Dei sacerdotes re atque tueri (1). Unde sanctos apostolos eo- successores sub divina contestatione consti- legimus, non debere fieri persecutiones, nec luctuationes, nec invidere laborantibus in agro po, neque expellere (2) æterni regis dispensa- sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus ex- C primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab ini- ut a persecutoribus ablata sunt, et sedes pro- cum omnibus ad se pertinentibus, regulariter , et postea tempore congruo vocari ad synodum fier congregatam. Nec liceat ei, priusquam ec, de se, juxta statuta prædictorum, respon- ut de suis impetitionibus, si se viderit prægra- eddere rationem. Sed his rite peractis, suisque as libere dispositis, si tum juste (*justum 3 q. 9. portet.*) videtur, suis respondeat accusatoribus, ricias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, lorare valeat ea quæ obijciuntur ei, ne aliqua s fraude, innocenter ruat: quoniam non oportet uam judicari vel damnari, priusquam legitimos r præsentibus accusatores, locumque defendendi D it ad abluenda crimina. Unde ait propheta :

Dist. 96. Boni principis est. Quocirca id notandum antehac fuisse summos pontifices qui hæc non uerint.  
Edictum imper. Valent. et Valentis, cap. 9, lib. vi ripartitæ habet magni. Vide locum.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*ergo qui nos suades.* Causa ob quam Marcellus xentium scripsit, hæc est : Cum hæcenus om- et maxime Romæ degentibus Christianis bene et, et aliquamdiu catholicæ fidei sectatorem si- set, Severi et Alexandri obitu, suum sibi im- n satis firmatum judicans, impietatem, quæ latebat, prodidit, ac Marcellum Romæ degen- landiis quibusdam a fide christiana ad cultum

*Priusquam agnoscas, non judices quemquam.* In hoc ergo quod episcopi et reliqui servi Dei persecutionem patiuntur, non tantum ipsi persecutionem patiuntur, quantum ille cujus vice funguntur sicut scriptum est : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (Zach. ii)*. Et alibi : *Qui vos contristavit, me contristavit (II Cor. ii)*. *Et qui facit injuriam, recipiet id quod inique gessit (Coloss iii)*. Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere: nec gra- dus nobis divinitus collatos potestis auferre. Syn- odum ergo, absque hujus sanctæ sedis auctoritate episcoporum (quamquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere, neque ullum episcopum, qui hanc appellaverit apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia definitiva procedat. Nam si sæculares in publicis judiciis libellis utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est : *Ego dixi, dii estis; et filii Excelsi omnes.* Et ideo nullus episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore, apostolica aut regulari auctoritate convocata super quibuslibet pulsatus criminibus, audiatur vel judicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communio- nem. Quod laici aut suspecti episcopos non debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo pro- deuntibus credendum sit, et a beato Clemente, ipsis eum instruentibus apostolis, legimus definitum, et nos eadem firmamus: quoniam iidem modo multoies in- fensi, recte viventes atque credentes perturbare nitun- tur. Propterea persona, fides, vita et conversatio, atque suspicio accusantium, enucleatim primo inquirenda est: deinde, quæ obijciuntur, fideliter pertractanda, quia nihil ante fieri debet, quam impetitorum vita et suspicio atque odium inquiratur. Et si bonæ conversa- tionis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio respersi fuerint, nequaquam in episcoporum reci- piantur accusatione. Hæc vobis, a quibus nimis infeste persequimur, scienda mandamus, ut ab his vos caveatis, et cessetis persequi eos qui Deo ministrant, quorum orationibus et terrena bella sedantur, et Deus peccato- ribus conciliatur, et si amplius nos elegeritis persequi, quam Deo placere; et nos magis elegimus sustinere persecutionem, quam regulam confundi ecclesiasti- cam, hortante nos ipsa veritatis voce, atque testante ita : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (Math. x)*. Et iterum : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ*

idolorum avocare conatur; quo eventu, patet supra in vita Marcelli.

*Synodum ergo.* Hæc verba sequentia, usque ad hunc locum, *Hæc vobis, a quibus nimis infeste perse- quimur, etc.*, aliunde addita et surreptitia esse videntur, ideo quod hæc de re ad Maxentium nulla scribendi ratio aut occasio fuerit. Baron. prædicto loco.

vero suæ detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis (*Matthæi*, xvi), et tunc reddet unicuique secundum ejus opus (*opera ejus*). Ista vobis valde timenda et cavenda sunt, a quibus ecclesia Dei ejusque ministri vexantur, et persecutionem patiuntur, quibus Dominus per prophetam miuando loquitur, dicens (*Psal.* XLVIII, ex versione S. Hier.): *Homo in honore non commorabitur: assimilatus jumentis, exæquatus est. Hæc est via eorum, insipientia eorum, et post eos juxta os eorum current. Quasi oves in inferno positi sunt, mors pascet eos. Et subjicient eos recti in matutino, et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum assumpserit me. Noli timere, cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria ejus. Quia animæ suæ in vita sua benedicet. Laudabunt te, cum bene fuerit tibi. Intrabit usque ad generationem patrum suorum, usque in finem non videbit lumen. Homo cum in honore esset, non commovebitur (intellexit comparatus est jumentis, et silebitur): assimilatus jumentis, exæquatus est. Et alibi (*Psal.* LI, ex eadem versione): *Quid gloriaris, qui potens misericordia Dei tota die? Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terreat te, et evellet te de tabernaculo tuo, et eradicabit te de terra viventium. Et videbunt justi, et timebunt, et super eum ridebunt. Ecce vir, qui non posuit Deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva vivens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sæculum, et in æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti, et expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. Ista vobis omnia ad interitum, nobis autem ad confortationem, ne pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicente Domino: *Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui vos oderunt* (*Matth.* v; *Rom.* XII). Et alibi Scriptura loquitur, dicens: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congregas (congeres) super caput ejus. His fulti auctoritatibus, bellum quod adversum nos excitatis* (*S. Leo*, ep. 54), adeo feliciter dextera Domini**

A protegente nos, atque pro nobis pugnantem, pacifice portare cupimus, ut triumphante Christo omnium verorum fiat una victoria sacerdotum: et coruscante lumine veritatis, solæ erroris tenebræ cum suis auctoribus pellantur: quia non est in hominis potestate consilium Dei. *Justus est enim Dominus, et omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus, misericordia et veritas et judicium. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponent honorem suum. Perdidit Deus memoriam superborum et inique agentium, et non dereliquit memoriam humilium et bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui recte colit Deum, quia si vita ejus in probatione fuerit, corroborabitur (coronabitur): et si in tribulatione, liberabitur: si vero in correctione fuerit, ad misericordiam perveniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit Deus tranquillitatem, et post lacrymationem et fletum, exultationem infundit* (*Job.* III). *Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fuerit, misericordiam facit, et in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est Dominus in æternum et ipse reget nos in sæcula* (*Pi.* XLVII), quoniam regnum ejus permanet in sæcula sæculorum. Amen. Data decimo sexto (1) Kalendas februarii, Maxentio et Maximo viris clarissimis consulis.

## DECRETUM (2) MARCELLI PAPÆ I,

DESUMPTUM EX GRATIANO.

C *Extra voluntatem propriam retrusi in monasteriis non teneantur.*

Illud autem statuendum esse censemus, ut si minori ætate filii monasterio oblati fuerint, vel sacram tonsuram vel velamina susceperint, dignum quidem duximus ut 15 anno a prælatis moniti, verbis inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere professi fuerint, ulterius pœnitendi locum minime amplecti possunt. Si vero ad sæcularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia satis inutile est ut coacta servitia Domino præstentur.

(1) Jan. an. 309 postridie mortis aut sepulture S. Marcelli.

(2) Auctor Glos. apud Gratian. tribuit Martino, ope temporibus magis videtur convenire. 20, quæst. 1. Illud statem statuendum. Palea citatur apud Gratian. et auct. glos., sed extat fere in omnibus vetustis sine Paleæ nomine.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*Maxentio et Maximo viris clarissimis cons.* Quod in fastis nullus consulatus Maxentii scriptus inveniatur, bellum civile inter imperatores conflatum potuit esse in causa; ut scilicet quisque trium imperatorum ex sententia consules sponte crearet, nec ea in re cum

aliis consentiret. Nam supra apud auctorem libri pontificalis in vita Marcelli, sicut etiam infra in vita Melchiadis, mentio habetur expressa secundi et quarti consulatus Maxentii. Baron. prædicto loc.

## APPENDIX III,

## AD SANCTUM EUSEBIUM PAPAM.

## EPISTOLA PRIMA (1),

EUSEBII PAPÆ AD OMNES GALLIÆ EPISCOPOS.

ab accusatione sacerdotum prohibentur, similiter  
eis aliquo modo subditi sunt. 2<sup>o</sup> Quæ accusatio-  
judicibus ecclesiasticis audiri non debeant; et qui  
ores ab accusatione submoveantur.

is fratribus Domino et Deo dilectis episcopis  
us per Gallicanas provincias constitutis, Eu-

a sanctitatis vestræ cum magna gratiarum  
suscepti (S. Greg. lib. II, ep. 36), gavisus  
de vestra sospitate, sed contristatus nimis de  
depressione. Quod significastis enim (al. au-  
dit de conversis hæreticis fieri debuisset,  
eos eos, qui in sanctæ Trinitatis fide bap-  
tismi, per impositionem manus suscipere.

## I.

accusationibus vero clericorum, super quibus  
scitote, a tempore apostolorum in hac  
rbe servatum esse, accusatores et accusa-  
tuas exterarum consuetudinum leges non ad-  
(Hadr. coll. can. 41), a clericorum accusa-  
tiones. Similiter, laicos non accusasse epi-  
scopus observatum et constitutum est,  
idem non sunt conversationis (Vide Hinc-  
24 libri LV). Et oppido eis quidam infesti  
, quippe cum vita eorum et conversatio de-  
se secreta, et a laicorum actibus remota.  
his impeti debeant, quorum castitatem et  
em nolunt imitari, maxime cum nec hi eos  
volunt recipere accusationibus. De ipsis vero,  
elicet agricultoribus atque ministris, Domi-  
nis et cunctis eos persequentibus ait: *Nolite  
christos meos, et in prophetis meis nolite ma-  
Psalm. CIV). Et ipsa sacra scriptura dicit:  
tangit, tangit pupillam oculi mei (Zach. II).  
sim et his similia sancti patres prævidentes  
, laicos sæculo militantes, ab accusatione  
um prohibere: similiter servos et liberos,  
onsibus publicis vel privatis subjugatos, om-  
infames, ab eadem accusatione vel tergiver-  
submoverunt. Non enim oportet, ut permit-  
tarnales spirituales persequi, nec sceleribus  
vel sæculo militantes, episcopos infamare  
rare aut crimen opponere. Nam si hoc apo-  
t successores eorum permetterent, perpauci  
ssent qui Domino in sacerdotali ordine mili-  
tarent et nos sequentes patrum vestigia,  
atione servorum Dei, quascumque ad accu-  
t personas leges publicæ non admittunt, his  
ndi alterum et nos licentiam submovemus  
us in apol. pro Symmacho ex can. 7, conc. II  
infestæ ac spuræ omnes.*

A Carthag.) Et nullæ accusationes a iudicibus audian-  
tur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

## II.

Quapropter illi, quibus indita non est ad unguem  
polita perfectio, talia silere debent, ita ut nec mu-  
tilentur (al. ventilentur), nec proponantur. Nec illi,  
qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt,  
ad pulsationem prædictorum admittantur: quia ve-  
ritatem (Anian. ad sent. Pauli tit. 15, sent. 2) pro-  
fessionis infidelitas et inimicitia impedire solet. Nec  
illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte  
crimina confitentur. Et ideo replicanda sollicitè eo-  
rum veritas: quam sponte prolata in illis vox ha-  
bere non potest, hanc diversis cruciatibus e latebris  
suis rigorosus tortor exigere debet, ut dum pœnis  
corporis subjiuntur, quæ gesta sunt fideliter et ve-  
raciter exquirantur. Unde, quæso, primum ad le-  
ges publicas, deinde ad iudices, ora convertite, qui  
possunt et volunt in defensione omnium juste loqui  
(al. sua sic eloqui). Nos enim (quos Dei servitium post  
istarum rerum abjectionem fecit ingenuos, qui ta-  
lium insultationes aut contumelias aut despiciamus aut  
deidemus, quibus scriptum est de famulis et vulgi  
(al. vulgaribus) hominibus per Apostolum (Ephes. VI):  
*Mementote, quia vester et illorum Dominus in cælis  
est, ad hæc sæculi mala revocabimur? Faciendum a  
nobis est quod, faciente altero, profanum esse  
contendimus? Quod per ministerium jussionis et  
manus alienæ incestaret aspectum, nostro peragetur  
imperio? Nolite hanc per universas ecclesias men-  
tem, rapacium luporum more et natura, servare:  
quia postquam nos maculat forte pro desideriis eo-  
rum cruenta discussio, effectum in his, quo ten-  
dunt, non habebunt (al. quo tenditis non haberet).  
dicente nobis (vobis) propheta: *Ponamus circum in  
naribus eorum, et frenum in labiis, et reducamus eos  
in viam rectam (Isa. XXXVII). Quia eodem propheta  
(Is. XII) asserente, impugnantur, qui dicunt: Erunt  
quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt nobis  
(al. vobis). Infames enim sunt procul dubio impugna-  
tores episcoporum, omnesque qui adversus patres  
armantur, et conculcatores ecclesiarum sacerdo-  
tumque ejus, et qui de publicis fugiunt præliis, et  
mandata Dei contemnunt, et qui aliqua culpa infam-  
iæ asperguntur maculis, his omnibus impugnandi  
episcopos, patrum sequentes instituta, et nos licen-  
tiam submovemus; quia sic odit Deus eos (Proclus  
ad Domnum) qui patres persequuntur, ut patrum in-  
vasores, qui in omni mundo infamia notantur, et  
ideo juste et regulariter respuuntur. Nunc longa non  
opus est admonitione. Jam perditis odium debemus  
operire, de quibus (al. operi, de cujus) jam non su-  
perest, quod damnetur, auctoribus. De quibus Do-  
minus per prophetam loquitur (Isa. XXX), dicens:  
*Reprobantes verbum, sperastis in calumniam et in tu-***